

quia haec interrumperet usucaptionem<sup>2)</sup>). Sufficit autem accessionis adminiculo domini voluntas, ex qua vendendi facultas descendit<sup>3)</sup>, quandoquidem tempora contintantur inter emtorem et venditorem, etiamsi per procuratores emtio venditio fuerit perfecta<sup>4)</sup>. Itaque si quis a filio vel servo rem emerit, accessio temporis, et quo apud patrem dominum fuit, ei danda est, si aut voluntate patris dominive, aut cum administrationem peculii haberet, filius vel servus vendidit<sup>5)</sup>; nam rem peculiarem insciente adeo domino vendendi facultas ipsis competit<sup>6)</sup>, modo ab eo discesseris, cui libera peculii administratio non fuit commissa<sup>7)</sup>; neque etiam intellectu difficile est, cur accessioni cum eo, quod apud pupillum vel furiosum fuit, a cuius tute vel curatore quis emit<sup>8)</sup>, locus esse dicatur. At, si quis a furioso aut pupillo, illum sanae mentis, hunc puberem iam esse ratus,

F 3

bona

2) l. 14. π. de usurp.

5) l. 15. §. 3. π. de diu. temp. prae-

3) l. 14. §. 4. s. π. de diu. temp. scr. l. 14. π. de acq. vel am. poss. praescr.

6) l. 34. π. de usurp.

4) cf. l. penult. §. 2. π. de diu. temp. praescr. recepta lectione et quod apud cum vendendum mandauit etc.

7) l. 10. C. quod cum eo etc.

8) l. 15. §. 4. π. de diu. temp. cui vendendum mandauit etc. praescr.